

albumen verò, semen, ex quo fit pullus.) A

Quinto, animalium alia superfœtare, vt multipara. Alia non, vt vnipara. Sexto, Viuparorum, alia imperfectum; alia perfectum animal parere. Hæc solipeda & bifulca esse, illa multifida: quia solipeda fœtus singulos pariunt; multifida autem multos. Septimo, molam in vtero mulierum generari à cruditate, eius duricem faciente: cruditatem verò à penuria caloris. Fieri eam in mulieribus solis, vel maximè, quia vteri affectionibus maximè obnoxia sunt, & menstruis incoctis abundant. Octauo, lac datum esse ad nutrimentum externum pueri. Illud esse sanguinem concoctum, non corruptum. Laetantibus menstrua non fluere; eandem non concipere; si concipiant, lac extinguere: quia lactis & menstruorum eadem natura est. Nono, partum fieri in caput naturaliter omnibus, quia hæc pars ab umbilico sursum, maior & grauior est. Decimo, gestationis tempora certa esse, sed ea æstimanda ex vitæ spatio. Diuturniores enim esse gestationes viuaciorum, saltem magna ex parte. Non omnia maiora, viuaciora. Homo enim diutius quolibet animali viuit, excepto elephanto. Biennem esse elephanti gestationem: equorum & cognatorum, annuam; vel decem mensium. Omnia suos habere circuitus ac periodos. Lunam conferre ad omnes generationes, & perfectiones. Calores & frigora moderata facere generationes; immoderata, corruptiones. Vt mare aquasque, flatuum motu & quiete; sic aërem & flatum Solis Lunæque circuitu affici & commutari: atque adeo ea omnia quæ ex ipsis aut in ipsis oriuntur. Æquum enim esse vt rerum inferiorum periodi, superiorum periodos sequantur. Sic voluisse naturam siderum numeris & conuersionibus, ortus corruptionesque definire ac numerare, intercedere tamen pleraque *ἀσθένειαι ἀεστίας*, ob materiae indefinitionem inconstantiãque, impedimenta; quæ causæ sint eorum quæ præter naturam eueniunt. Sic quæ rationes generationum impediri; corruptionum periodos accelerari.

Quintus liber octo capitibus clarè satis explicat discrimina oculorum, somni, vigilie, auditus, olfactus, pilorum, causam canitie, quæ dicitur pili ægritudo & cutis, ab inopia caloris. Colores animalium, mira varietate distinctos, vocum differentias & mutationes. Officia denique, ortum, casus, & nouas dentium generationes. Relinquo cætera, eaque pulcherrima, studioso lectori perlegenda.

*Observationes aliquot ad superiores libros, præsertim ad vij. De Historiâ & ad iij. De Generatione Animalium.*

Nunc demum intelligere licet quanto iure veræ solidæque Philosophiæ amatores vnum Aristotelem Naturæ Genium, interpretem, lumen, mentem; vnicumque spiritum veritatis, qui non modò incitet animos, sed expleat; alteram denique naturam, eamque eloquentissimam honorificè cognominet. Is enim non modò in Physica illa acroamatica, ætiologica, & vniuersali quæ octo libris Physicæ auscultationis continetur, libris etiam de Cælo; Generatione, Corrupt. De anima; & aliis eius generis mirè accuratus fuit & diligens; sed & in historica & particulari Physica, ea maximè quæ de animalibus est, eorum scilicet historia, partibus & generatione, tam doctus, grauis & ingeniosus, tam varius, tamque copiosus, & multiplex videtur, vt supra humanum captum sapere videatur: atque adeo mirum amplius esse non debeat, quòd Alexander Magnus, ipsi Aristoteli ob scriptam hanc Animalium Physicam, octoginta talenta dono dederit; quæ in monetam nostratam redacta, faciunt summam 1440000. librarum Gallicarum.

Cum verò in hac animalium Physica, vbique sit assiduus, atque etiam rerum egregiatum locuples; in humana profectò procreatione seu generatione tanquam aliarum perfectissima, itèmq; in iis quæ ad eam spectant, videtur fuisse multò copiosior atque diligentior. In cuius ideo doctrinæ tanquam præclarissimæ vberiorum explicatum, obseruationes quasdam adiungere constitui. Prima erit circa hanc sententiam, ex capit. i. l. 7. petitam, *ἔπειθ' ἡ ἀρχὴ τῶν ζῴων ἀρχαὶ τῶν ἀνθρώπων ὡς ὀπίπτεται, ὡς καὶ ἐπὶ τοῖς ἄλλοις πηλοσώμενοις.* Mas autem primum semen genitale vt plurimum ferre incipit, annis bis septem exactis, id est, exacto ætatis anno decimoquarto. Quo etiam tempore *ἀρχαὶ τῶν ζῴων ἀρχαὶ*, pubes erumpit, non fecus atque dicebat Alcæon Crotoniata, stirpes prius flores mittere, quam femina producât. Enimvero sententia hæc apertè satis indicat, generationis opus à masculo, robustiore saltem, perfici posse exactis annis quatuordecim. Cum enim ad procreationis officium requiratur dumtaxat prolificum semen, in locos muliebres vt in agrum naturæ, conuenienter immissum; hæc verò ætate instructus sit mas semine, quod omne vt tale, prolificum est, (alioqui semen non esset nisi *ἰσχυρὸν*, ac nomine tenus,) profectò nihil

*Faciunt summam 480000. aureorum Gallicorum.*



oberit, quominus venerem tunc strenue A  
 exerceat, & prolem etiam suscipiat: in-  
 tellige si validior sit, robustior ac potens,  
 ira ut penem arrigere, in sinum muliebris  
 pudoris valenter intromittere, ac denique  
 semen effundere & eiaculari possit. Ho-  
 rum enim officiorum vel vno deficiente,  
 omnia deficiunt; visque tota generationis  
 exolescit. Nugatorium enim est quod qui-  
 dam è vulgo, præsertim salaciores mulier-  
 culæ, credere volunt, & aliis callidè cu-  
 piunt persuadere, conceptionem fieri pos-  
 se sine coitu, mutuoque amplexu maris  
 & fœminæ: tantam scilicet aiunt esse vteri  
 vim seminis virilis attractorem, ut illud  
 effusum si modò non longè distet, violenter  
 attrahat, sorbeatque, quasi Cerberus of-  
 fam, aut anguem ceruus, viro licet absen-  
 te. Proferunt Historiam Auerrois, de mu-  
 liere, quæ balneum ingressa, in quod virile  
 semen effusum fuerat, concepit pertra-  
 cto absentis alioquin viri semine. Sed mu-  
 liercularum fabulis *Credat Iudeus Apella,  
 Non ego.* Cæterum ne ipsi quidem Auer-  
 rois præstantissimo licet Philosopho fides  
 adhibenda, qui id sibi relatum à vicina  
 scribit. Nervus sapientiæ est, temere non  
 credere. Astutum ac versipelle animal mu-  
 lier, famæ consulens suæ, hanc finxit  
 technam, qua & vitium ventris, siue li-  
 bidinem suam tegetet, & seculi creduli-  
 tatem deluderet. Ad populum phalaras.  
 Semen tatum æreum, spumosum ac spi-  
 ritu plenum est, quod ideo aëri expositum,  
 vel aquæ immersum, liquefcit statim, dis-  
 sipatur, frigeret, aquescit, fitque infœcun-  
 dum. imò verò tam diligenter custodiri de-  
 bet in propriis etiam valis, & in coitu tam  
 celeriter rectaque via effundi in vterum, ut  
 qui homines, quæ animalia penem habent  
 iusto longiorem, quæ fœminæ, vteros per-  
 uersos ac distortos, non possint generare:  
 nempe quia ob viæ ac meatus longitudi-  
 nem, aut vteri peruersionem, semen ipsum  
 refrigescat etiam in suis cõceptaculis, nec,  
 celeriter aut rectà ad os vteri internum fer-  
 ri queat. Requiritur ad generandum ex  
 parte masculi, arrectio penis, eiusdem in  
 vuluam intromissio, denique, quod præ-  
 cipuum est, seminis cita eiaculario; quæ  
 officia cum præstare possit masculus ex-  
 actis quatuordecim annis, dubium esse de-  
 bet nemini, quin hac ætate possit genera-  
 re. Quid si Achas genuerit Ezechiam an-  
 no suæ ætatis vndecimo? Salomon, ut qui-  
 dam ex literis sacris affirmant, Roboam  
 anno suæ etiam ætatis decimo? Refert D.  
 Hieronymus Epistola ad Vital. Presbyterum,  
 puerum quemdam decem annos  
 natum, sobolem procreasse, & D. Gre-  
 gorius Magnus libr. 4. Dialogorum, nar-  
 rat, puerum nouem tantum annos na-

Arist. 1. 2. de Gene-  
 rat. Anim.  
 Hippocr. 1. de morb.  
 mul. er.  
 Gal. 1. 3. 5  
 de vsu part.

tum, nutricem suam compressisse, &  
 prolem ex eâ suscitasse. Sed hæc rarissima  
 sunt: & fortè, si sacrarum literarum testi-  
 monia excipias, fabulosa. Hoc loco ob-  
 seruandum, liberos è iunioribus paren-  
 tibus natos, paruos esse ac imbecilles, &  
 plerumque fœmellas, imò sæpe sapius  
 interire: quia nempe ætatem perfectam  
 nondum parentes attigerunt. Ideo con-  
 sultit Aristoteles cap. 16. libr. 7. Politic.  
 Ut fœminæ quidem anno ætatis suæ cir-  
 citer decimo octauo in matrimonium  
 collocentur; mares verò tricesimo septi-  
 mo. Tunc enim vires constant, tempus-  
 que accretionis est consummatum. Ve-  
 neri siquidem indulgere crescente adhuc  
 corpore, noxium est. Et puellæ præter-  
 ea quæ iuniores coierint, ut duodecimo  
 vel decimoquarto anno, (quæ etiam æ-  
 tate concipere possunt, si, ut fit, men-  
 ses fluxerint,) euadunt libidinosiores;  
 & si patiunt, in ipso partu laborant ma-  
 gis, pluresque pereunt quàm seruentur.  
 Est etiam circa Aristotelis sententiã di-  
 gnus obseruatu annorum numerus, *dixi enim*  
 duplex septenarius: quasi septenarius il-  
 le numerus sit perfectionis, ac veluti sa-  
 cer & diuinus, utpote vitæ, generatio-  
 nis, morbi, sanitatis, mortis denique ar-  
 biter ac iudex. Enimvero septimo quo-  
 que die, mense, & anno, magnæ eue-  
 niunt mutationes. *διὰ τὸν δὲ πρῶτον ἡ ἡλικία ἔσται ἀγιώτατος.* Notum verò & hoc est, quòd vita  
 homini sit septem dierum numero cir-  
 cumscripita, inquit Hippocrates libro  
*πρῶτον ἀρχαίων.* Qui ieiuni viuunt, septem die-  
 bus nihil edentes, nihil bibentes, mori-  
 untur, septimo; vel si septimum ex-  
 cedant, & postea edant, nihilominus  
 intereunt, quia post septem dies ven-  
 ter cibum non admittit, eo quòd ieiu-  
 num intestinum, *ἡντικὸν* dictum, coales-  
 cit & coheret. Sed & semen conceptum  
*ἡντικὸν*, siue genitura in vtero, die septi-  
 mo habet quæcumque corpus habere de-  
 bet, ut idem auctor ait 1. de dieta, &  
 libr. de locis in homine. Apparent enim  
 eo die partium spermaticarum prima ru-  
 didimenta, ut facillè deprehendet, quis-  
 quis genituram illam in aquam conie-  
 ctam inspexerit. Præterea septimestris  
 partus est vitalis, non octimestris. Et  
 septenarius ferè distinguit ætates. Fit  
 enim septimo quoque anno insignis tem-  
 peramenti motumque mutatio. Fiant  
 crises, siue iudicia morborum, die se-  
 ptimo, vel decimo quarto. Febres Ter-  
 tianæ exactæ septem paroxysmis siue ac-  
 cessionibus iudicantur. Aphorism. 59.  
 59. sect. 4. Dentire incipiunt pueri men-  
 se septimo. Septenarius per nouenarium  
 sibi affinem multiplicatus, facit annum

Vulgò  
 καὶ ἄλλοι  
 ἔχουσιν, ὅτι  
 καὶ τῶν  
 κρεάτων.



humanæ vitæ fatalem & κνηματικὴν, siue  
 scilicet dictum, qui est sexagesimus  
 tertius, in quo plurimi moriuntur. Vn-  
 de hæc? Philosophi & Medici certant,  
 & adhuc sub iudice lis est. Pollicetur  
 Hippocrates in fine libri *περὶ ἀγῶν*, se a-  
 libi declaraturum septenariis regi natu-  
 ram: sed nusquam id præstitit. Possu-  
 mus cum Theologis affirmare, Deum,  
 diei septimo benedixisse, eundem tan-  
 quam celebratissimum Israelitico popu-  
 lo commendasse, die septimo quiescisse  
 ab opere suo. Cosmophthoram siue mun-  
 di ac seculorum consummationem, (sed  
 hoc dubium & incertum,) septimo anno-  
 rum à creatione rerum millenario fu-  
 turam: iuxta illud Eliæ cuiusdam ora-  
 culum apud Talmudistas, bis mille in-  
 ane, bis mille lex, bis mille Christus,  
 siue anni Messia. Quid mirum, si bis se-  
 ptem annis homines semine esse instru-  
 ctos, dixerit Aristoteles? nosque hinc  
 concludamus quod & ipse affirmat cap.  
 5. libro 7. Mares hac ætate posse gene-  
 rationis opus perficere? Licet inde pro-  
 les nascatur imbecillior & imperfectior.  
 Vbi obiter notabis pessimam Theodori  
 Gazæ versionem, qui sub finem capituli  
 1. libro 7. de Histor. vertit: *Semen pro-*  
*fecto infæcundum vsque ad ter septimum an-*  
*num est: Mox prolificum.* pro eo quod est  
 in textu Græco, *μῆτρα ἄφ' οὗ ἔτι δὲ ἐστὶ ἐπὶ  
 τὸ μὲν ἀφῶντι, ἀγῶνα τὴν ἀσπυατὰ βῆσι, ἐπιπὶ τῶν  
 μα.* Cùm bis septimum dicere debue-  
 rit.

Secunda observatio erit circa hæc ver-  
 ba capituli secundi eiusdem libri *τὸν ἀσπυατὰ  
 τὸν ἄφῶντι*, Lunam esse fœminam. Signifi-  
 cat nimirum Aristoteles fœminas ideo  
 Lunæ subiectas esse, quod eius motum  
 ac mutationem in suis profluuiis men-  
 struis sequantur: omnes enim vult ille  
 repurgari potissimum *ἀφῶντι ὁ ἀσπυατὰ τὸν  
 μῆτρας*, id est, Luna decrescente. Quamquam  
 aliter sentiunt Arabes, qui variæ mem-  
 struæ purgationis tempora pro ætatis va-  
 rietate constituunt. Iuniores enim noui-  
 lunio, grandiores proeuctiore seu ve-  
 tere, ut aiunt, Luna volunt expurgari:  
 vnde illud,

*Luna vetus vetulas, iuvenes noua Luna re-*  
*purgat.* Porro ut principium generationis  
 in muliere est *ἀφῶντι ὁ ἀσπυατὰ τὸν  
 μῆτρας*, menstruo-  
 rum emissio, quæ incipit secundo ætatis  
 septenario; sic & desinitio generationis,  
 est eorundem assiccatio, ita ut mulier  
 non amplius concipiat, cùm menstrua  
 fluere desierunt. Desinunt autem septi-  
 mo septenario, id est anno 49. vel cir-  
 ca 50. Quamquam ait Aristot. cap. 5. lib.  
 7. de Histor. ut plurimum cessare anno  
 quadragesimo, ita tamen ut quæ hoc

A tempore excefferint, fluant vsque ad quin-  
 quagesimum.

Tertia, circa similitudinem proles cum  
 parentibus, vel aliis: de qua agit Aristot.  
 cap. 6. lib. 7. de Histor. Et fufius cap.  
 3. libr. 4. de Gener. Animal. Est enim  
 similitudo triplex, ex Galeno cap. 2. li.  
 2. de Semine, secundum speciem qua  
 homo homini similis est, quia eiusdem  
 est naturæ: secundum sexum, quæ mas-  
 culus masculo: secundum effigiem, quæ  
 filius patri similis dicitur, quia faciem  
 patris, eiusque colorem, & corporis  
 configurationem refert & exprimit. Aiunt  
 ergo fere omnes prolem ratione specificæ  
 illius similitudinis, sequi materiale ge-  
 nerationis principium, ita ut qui parens  
 plus materiæ contribuat, is ad se suam-  
 que speciem, prolem trahat. Vnde cùm  
 mater plus materiæ, menstruum scilicet  
 & semen tribuat, pater vero solum semen;  
 vniuersim loquendo, fœtus sunt matri si-  
 miliores. Vnde si aries capram ineat, ca-  
 pra gignetur; si vulpes caniculam, canis,  
 vulpinis tamen moribus. Sed ratione si-  
 militudinis sexualis, sequitur proles tem-  
 periem seminis vtriusque; ita ut si calidius  
 sit vtriusque parentis semen, mares fiant, si  
 minus calidum, fœmellæ. Denique ra-  
 tione effigiei, sequitur proles victoriam  
 alterutrius seminis; ita ut si semen patris  
 vincat, patrem, si matris, matrem refe-  
 rat. Sed & valet hic plurimum imagina-  
 tio, ut vult Galenus libr. de Theriaca.  
 Ioan. Fernelius cap. 12. libr. 7. Physiol.  
 Leuinus Lemnius cap. 4. lib. 1. de Occul-  
 tis Nat. Mirac. & alii, apud quos varias  
 legere licet historias. Refert autem Arist.  
 effigiei causam ad varios seminis motus,  
 vimque formatricem, quæ primò patrem  
 intendit exprimere; secundo, auum: tertio,  
 abauum: qui motus si impediuntur; fiet  
 transitus in contrarium, id est, in motum  
 matris, vel auie, vel abauie: qui si adhuc in-  
 tercipiantur, fiet transitus in motum vni-  
 uersalem, putà ad effigie hominis simplici-  
 ter, vel animalis; ex quo ultimo motu mon-  
 stra propriè dicta generantur. Est enim  
*τὸν ἀσπυατὰ τὸν μῆτρας*, monstrum, effectus naturalis à recta  
 E & solida secundum speciem dispositio-  
 ne degenerans; siue à facultatis forma-  
 tricis impotentia, siue à vitio materiæ,  
 siue ab imaginatione, eius causa fit re-  
 petenda.

Quarta, circa id quod dixit Aristot.  
 cap. 3. lib. 4. de Gen. Initium de-  
 generandi primum, esse fœminam. Hinc  
 enim fœmina vel monstrum vel mon-  
 stro similis dici posset; cùm tamen sit  
 ad generationem, ipso teste Aristote-  
 tele, necessaria. Respondeo, velle A-  
 ristotelem tantum significare fœminam



esse masculo imperfectiorem ; quam ideo cum natura gignit , quæ alioqui perfectius semper intendit , degenerare & à scopo deerrare dicitur : sic ait ibidem Aristot. liberos parentibus dissimiles , esse modo quodam monstra , quia scilicet deflectunt à similitudine parentum , secundum effigiem. Sed manum de tabula. Prolixas enim obseruationes non patitur Synopsis.

*Liber de Mirabilibus Auscultationibus.*

**T**otus est in historica enarratione rerum admirandarum , quæ de animalibus , lapidibus , metallis , fontibus , lacubus , insulis , locisque aliis circumferuntur. Vnde epigraphem traxit ,

*Παντασίων ἀνοσιμάτων.*

*Physiognomonica Aristotelis.*

**V**nico libro sex capitibus absoluto pertractantur. Statuitur primò , Animam moueri & affici à corpore , eiusque passionibus immutari. Hoc autem manifestum esse ex ebrietate , & morbo , vt phrenitide. Anima enim ebriorum , & phrenitide laborantium , delirat , omnisque consilii est impos , ob malè affectum cerebrum : & contra corpus ab anima , eiusque pathematis vehementer commoueri. Amore enim , timore , mœstitia , gaudio , corpus maximè afficitur percelliturque. Secundo , corpus & animam sibi mutuò respondere & accommodari , ita vt tali animæ debeat tale corpus , tali corpori talis anima. Neque contigisse vquam , vt corpus vnum figuram vnus animalis habuerit , putà ouis , & animam alterius , putà lupi. Ex quo concluditur esse Physiognomiam aliquam ; artem scilicet , quâ de ingenio , & moribus licet conicere ex inspectione corporum. Tertio , Physiognomiam esse , vt nomen ipsum declarat , de naturalibus passionibus , quæ sunt in anima : quarum signa & coniecturas perunt Physiognomones ex motionibus , figuris , coloribus , moribus in facie apparentibus , pilis , læuitate seu politie , voce , carne , partibus , & ex conformatione ac typo totius corporis. Sed hæc vniuersaliter dicta parum profunt. Sarius ergo ad singula descendere. Quarto , colorem acutum seu valde rubrum , vel flauum , indicare calidum , & sanguineum ; λευκάρυθρον verò ,

*Afficitur anima à corpore.*

*Corpus ab animâ*

*Vnde signa passionum naturalium.*

**A** seu albo & rubro temperatum , bonam indolem. Quinto , pilos molles , timidum ; duros , fortem testari : sic enim ceruos , lepores , oues , timidiore esse , cum mollissimum pilum habeant ; leones autem & apros fortissimos , cum pilum gestent durissimum. Sexto , carnem , vocem , motum , figuram , vt diuersa sunt ; sic diuersa significare. Septimo , alia esse signa fortium , alia timidorum , ingeniosorum , inuercundorum , moderatorum , animosorum , auarorum iracundorum , mansuetorum , & cat. Quæ omnia clarè in textu exponuntur. Octauo , optimum & citissimum physiognomoniæ modum esse ab apparente conuenientia. Nono , conferre valde ad Physiognomiam , maris & fœminæ probam cognitionem , & vtriusque distinctionem. Decimo , signa peti in hominibus à pedibus , crutibus , lumbis , ventre , spina , lateribus , umbilico , pectore , metaphreno , ceruice , scapulis , clauiculis , collo , naso , facie , oculis , fronte , capite , auribus , colore , voce , paruitate , magnitudine , & incommensuratiōe : οἱ γὰρ ἀσυμμετροί , παύροισι. Sed locus physiognomoniæ princeps est facies , oculi , frons , caput. Ibi enim φρονήσιος πλείστις ἐπιφάνεια γίνεται , sapientiæ seu prudentiæ plurimæ specimen exhibetur.

*Incommensurati, οἱ ἀσυμμετροί.*

*Questiones Mechanicæ.*

**S**oluuntur vno libro in 36. capita distributo ; quibus scilicet singulis singula definiuntur explicanturque problemata , quæ ad machinas artemve mechanicam pertinent. Præmittitur autem præfatio ; quâ esse artem mechanicam primò demonstrat Aristoteles. Deinde circulum causam esse & principium omnium miraculorum , quæ per machinas earumve artem fieri videntur. Vt ergo in naturalibus , ea sunt admirabilia , quorum causæ ignorantur : sic in iis quæ aliter eueniunt , ac præter naturæ vim communem , ab arte fiunt ad hominum vtilitatem , causæ etiam sunt admirandæ. Nam deflectit natura , deestque in iis quæ hominibus vtilitatem afferunt , cum ea vno semper modo se habeat , & simpliciter agat ; vtile autem multis sese habeat modis , sæpèque commutetur. Vnde fit , cum quid moliri ac præstare oportet præter naturam , id difficile videatur , artemque ideo natura exigat & impleret , cuius opera industriæque adiuuetur. οὐκ ἔστι γὰρ ἡ τέχνη παρὰ τὴν ἐπιφάνειαν ἢ φύσιν ἀδυνατῆ ἀπογορεύουσα vt ipse dicit capite 8. libri secundi Physic.

*Henricus Monasterlianus Doctor Medicus, & artium Mathematicarum Regius Professor in Acad Parisiensis, hanc librum Latinum scripsit & emendauit.*



Omnino enim Ars perficit, quæ natura ab-  
soluere nequit. Et rectè Antipho Poëta,  
*ἡ γὰρ ἡ ἀρτιότης, ὡς φησὶν ἰσομάθη, Ἀρτε* vincimus  
ea quibus à naturâ vincimur. Hæc autem  
ars, quia machinis siue instrumentis fer-  
reis ligneisve finem suum assequitur, Me-  
chanica appellata est. Cuius miracula  
sunt, quòd minora superent maiora; &  
quæ momentum paruum habent, ma-  
gna pondera emoucant. Est verò ars  
Mechanica Physicæ & Mathematicæ  
communis, quia in motu, qui purè  
Physicus est, & figuris atque magnitu-  
dinibus, quæ sunt Mathematicæ, ver-  
satur. Et quæstiones quidem mechani-  
cæ sunt, maximè *ἡ ἐν ἰσομαθίᾳ, circa ve-*  
*ἔξτεμ*, cuius virtute exiguâ, magnum  
pondus moueri; & faciliùs etiam mo-  
ueri addito, ad mouendum pondus,  
ipsius vectis pondere, mirum, imò *ἄνομιον*,  
videri potest. Sed vt obiter rem illustrem,  
vectis nomine, non est hoc loco in-  
telligendum vulgare illud instrumentum,  
quo ostia & portæ clauduntur, & ad-  
uersus vim muniuntur; quo sensu ve-  
ctes vsurpat Virgilius, his carmi-  
nibus,

*Centum arci claudunt vectes, æternæque  
ferri*

*Robora, nec custos absistit limine Ianus.*

Sed potius palus è ferro, vel ligno va-  
lentiore, quo rustici, fabri, Archite-  
cti vtuntur ad mouenda pondera. Om-  
nium ergo miraculorum, quæ vecte  
fiunt, principium esse circulum hinc con-  
stat, quòd ratio miraculi in mechanicis  
ex eo æstimetur, quòd simul & ad in-  
uicem fiant contraria. Circulus autem  
ex contrariis constitutus est; centro im-  
mobili, & linea circum producta &  
mota. In qua licèt nulla sit latitudo,  
contraria tamen quodammodo appa-  
rent, concauum & curuum: quæ sic  
distant vt magnum & paruum: quam  
naturam in circulo obseruantes *ἰσομαθῶν*  
Architecti, sic instrumentum compo-  
nunt, vt quod ex machina mirabile est,  
appareat; causa verò ad spectum fugiat  
& cognitionem. His igitur ita posi-  
tis proponuntur singulis capitibus me-  
chanicæ quæstiones, simulque exponun-  
tur. Prima, est *ἡ ἐν ἰσομαθίᾳ* de libra. Se-  
cunda, *ἡ ἐν ἰσομαθίᾳ* de sparto, quod  
est perpendiculum quoddam, & pars  
instrumenti ad pondera comparati. Ter-  
tia, de vecte. Quarta, cur medij re-  
miges maximè moucant nauem. Quin-  
ta, cur gubernaculum cum sit paruum,  
& in extrema naui situm, tantas ha-  
beat vires, ita vt exiguo remone, &  
vnius hominis moderatissima vi, ma-  
gnæ nauigiorum moles moueantur? Di-

agna est attendenda lectio huius præclaræ  
quæstionis solutio; vt &, cur figuræ ro-  
tundæ & circumatæ ad motum aptiores?  
Cur quæ proiiciuntur, ea longiùs fe-  
rantur, quæ funda; quam quæ manu  
mittuntur? Cur quantò longiora li-  
gna, tantò sint imbecilliora? Cur Me-  
dici, vel potius Chirurgi faciliùs den-  
tes extrahant dentiforcipis onere addi-  
tò, quàm sola manu? Cur difficiliùs  
ligna ab extremo, quàm in medio, fe-  
rantur humeris? Cur faciliùs iam mo-  
tum, moueatur; quàm adhuc quie-  
scens? Cur nec parua, nec magna  
longè proiici queant? Cur denique ea  
quæ vorticosis aquis feruntur, ad medium  
tandem ferantur? Harum, inquam, quæ-  
stionum, & similium expositiones pulchræ  
& iucundæ sunt in textu, quem vt attentè  
perlegas, quæstiones solas sine solutioni-  
bus apposui, ad maiora properans & gra-  
uiora; præsertim cum machinas homini-  
bus mechanicis relinquat Philosophus.

*Fragmentum de iis quæ sub auditum  
cadunt.*

**A**κροασις est, duas ob causas. Et quia  
principio quasi capite caret; & quia  
per capita distinctum non est. Inscribitur  
*ἡ ἀκροασις, de audibilibus*, quo nomine  
murmura, soni, voces comprehendun-  
tur; licèt omne audibile sub sono gene-  
ratim contineatur, sed hinc sermo est de  
voce pæne sola; eius scilicet generatione,  
quæ fieri statuitur, corporibus in corpo-  
ra incidentibus, aère colliso. sed longè  
accuratiùs c. 8. lib. 2. de Anim. non quòd  
aër figuretur sed quòd moueatur. Vt ve-  
rò ingenuè dicam, suspectum mihi est  
istud fragmentum, & ab Aristotelis scri-  
bendi maiestate & diligentia alienum,  
spurium ideo & illegitimum. Stylus enim  
crassior est, doctrina incondita minimè  
dogmatica, & Aristotelicæ *ἀκριβείας* expertus.  
Quid enim hoc est? Diuidere voces in ca-  
cas, obscuras, nubilosas, lucidas, quæ  
sunt differentia ad visum pertinentes & ad  
visibilia: item in duras & molles, quæ sunt  
differentia tactus; in flaccidas etiam ac  
defluxas, hirsutas, nudas, quæ omnino  
metaphoricæ sunt: & huius fragmenti au-  
ctorem, verè flaccidum insulsumque indi-  
cant. Enim verò optimus docendi magister  
Aristotel. metaphoras vitat & improprias  
locutiones, quibus scilicet doctrina con-  
funditur. Interim rectè hoc fragmento do-  
cemur, vocis organa esse arteriam, asperam  
scilicet (quæ *πνεύμα* vulgo dicitur) pulmo-  
nem, & os. Voces varias emitti pro varia  
aëris percussione, & oris configuratione.  
Hinc eosdè homines imitari voces equo-

*Hoc fra-  
gmentum  
non est A-  
ristotelis.*



rum, ranarum, lusciniarum, gruum; quòd A  
os, organaque vocalia diuerso modo mo-  
ueant, ac configurent. Sed de organis vo-  
cis dixi in Anthologia Anatomica.

*Liber De Coloribus.*

**S**EX capitibus distinguitur. Primo, po-  
nitur diuisio *χρωμάτων, colorum*, in sim-  
plices; eos scilicet qui elementorum na-  
turam sequuntur, vt est albus, aeris &  
aquæ inter elementa, proprius; & flauus,  
ignis & Solis. Terra etiam natura alba est,  
vt cinis; sed intinctione ab humido fit  
*ποικίλον, multicolor*. Ideo enim humido, va-  
de tinctura, adusto, albus fit cinis; licet  
non omnino, cum fumo intingatur, qui  
niger est. Cum verò in se inuicem com-  
mutantur elementa, niger consequitur  
color: & in medios, qui ex illorum mi-  
stione creantur. Secundo, statuitur à de-  
liquio lucis, obscuritatem fieri, quæ in  
causa sit, vt corpora umbrosa, & luce  
destituta, videantur nigra. Tertio,  
medios colores, vt fuscum, puniceum,  
purpureum, ex primis extremisve na-  
sci, pro varia illorum admistione. Quar-  
to, à luce & vmbri secundum plus &  
minus, varias induci colorum differen-  
tias. item à repercussu luminis, à læ-  
uigatione & attritu corporum. Quin-  
to, corpora *βαθρόδρα*, quæ intinguntur,  
colorem mutuari *ἐκ τῶν βαθρόδρων*, à cor-  
poribus tingentibus, vt floribus, radi-  
cibus, corticibus, lignis, foliis, semi-  
nibus, terris quibusdam, attramento su-  
torio, siue *μαστέλια*, liquoribus anima-  
lium, vt purpura, aliis etiam liquori-  
bus, vt vino, mari; item fumo, cal-  
ce, & similibus. Sexto, pilos, pen-  
nas, flores, fructus, stirpèsque omnes  
mutare colorem cum maturescunt. Sep-  
timo, principium colorum in plantis  
esse herbaceum: partes verò planta-  
rum, quæ sub terra sunt, aut terræ  
proximæ, albas esse. Octauo, ad ma-  
turitatem prouectas stirpes, colorem  
sux naturæ consentaneum assumere.  
Nono, colores in stirpibus esse ab ali-  
mento, diuerso modo concocto. De-  
cimo, colores pilorum, pennarum, E  
coriorum, ac pellium equorum, &  
boum, esse ab humido, vel sicco,  
diuersa ratione se habentibus; & ab a-  
limento etiam variè digesto, & defi-  
ciente, vel redundante. Hinc ea-  
dem alio tempore candida; alio & ni-  
gra. Coruorum pennas vltimò flauo-  
scere, cum alimento destituuntur. Vn-  
decimo, pilos nunquam fieri puniceos,  
purpureos, virides; quia hi colores ab  
admisto Solis splendore oriuntur. Duo-

*Aues mul-  
ticolores mi-  
nio sūt nigra*

decimo, aues coloribus variis distin-  
ctas, omnes principio nigras videri: de-  
inde varietatem colorum induere; cum  
scilicet multa fit in earum externis par-  
tibus, scilicet plumis, concoctio. Quæ  
ratio etiam est, cur cætera animalia  
aquatica, reptilia, conchylia, omnis  
generis colores assument cum multum  
nutriuntur.

*Liber de Insecabilibus Lineis.*

**M**ATHEMATICVS est totus, qui-  
pe qui de prima dimensione, eaque  
simplicissima scilicet longitudine,  
seu linea, tantum pertractet; atque in  
ea potissimum quæstione consumatur,  
*σινείαι ἀπὸ τῶν ἐπιπέδων ἰσῆτων ἰσῆτων ἰσῆτων*, necne?  
Proferuntur in primis argumenta, qui-  
bus effici videtur lineas esse insecabiles.  
Tum dissoluntur. Tertio, concludit  
quæstio, omnes scilicet lineas esse  
secabiles & diuiduas. Quæ omnia, cum  
clare ac diligenter explicata hoc loco  
videantur à Georgio Pachymerio, cu-  
ius hic editus *ὡς ἐν τῷ Ἀριστοτέλει καὶ ἀπὸ τῶν*  
*χρωμάτων*, legi potest commentarius, non  
est quòd ea prolixius persequamur, ma-  
ximè cum res sit parui momenti.

*Omnes li-  
nea secabiles  
sunt.*

*Liber de Xenophane, Zenone  
& Gorgia.*

**E**Xponit sententias Xenophanis, Ze-  
nonis, & Gorgiæ, Melissi etiam &  
Parmenidis Philosophorum, de eo quod  
est: easque tanquam erroneas absurdasque  
refellit.

Dicebat Xenophanes omnia esse æ-  
terna, Zeno etiam, fieri non posse vt  
si quid est, id factum fuerit. Gorgias,  
non esse quidquam; & si est,  
non posse cognosci; & si cognosci po-  
test, non esse tamen alteri explicabi-  
le, vel non posse manifestari. Placi-  
ta hæc partim transfert in aliam dis-  
putationem, partim refellit: Nonni-  
hil eorum attingens quæ primo Phy-  
sician, de ente, vno, finito, & infi-  
nito contra Parmenidem & Melissum  
dixerat. Notatu hic dignum est ex sen-  
tentiâ Zenonis, Deum, quia entium  
omnium optimum & præstantissimum  
est, ideo vnum esse. Si enim duo  
essent Dij, aut plures nullus eorum  
esset præstantissimus; essent enim æqua-  
les, & nullus alteri præset & domi-  
naretur: Dei autem natura est, vt præsit  
& dominetur omnibus: Quod, nisi de  
vno dici nequit; qui ita imperet, vt ei  
omnia subiiciantur.



Sed hos diuinæ veritatis radios hoc Libello micantes obscurant ac pane extinguunt, interfusi passim errores plusculi: vt Deum videre, audire, reliquos sensus habere; esse globosum siue rotundum, & similia: nisi in rectum sensum & orthodoxum reducantur.

*Ventorum situs & Nomina ex Aristotelis libro de Signis.*

**H**Æc inscriptio coniecturam facit libri, operisve alicuius ab Aristotele scripti *ἢ Σημείων*, de Signis: ex quo, quamuis nunc non extet, petitum fuerit breuissimum hoc fragmentum: vbi perstringuntur *ἢ ἀέρας ἰσότης ἢ ἀερισμοί*, ventorum

*situs & appellationes*: appellationes, inquam, quæ ferè omnes à locis è quibus spirant ipsi venti; vel per quæ transeunt, ductæ sunt: nisi quòd Notus sic dicitur, quia humidus est imbribusque scater, idcoque *νοτιάδης*, morbosus. Leuconotus vero ab effectu, scilicet albus Notus; quòd discussa nubium caligine, cœlum serenet. Sed de ventis fusè dictum est in Meteoris, præsertim libro secundo, cap. 4. 5. & 6. Cæterùm Diogenes Laërtius, in serie librorum Aristotelis recenset vnum, cui titulus est, *Σημεία Χυμάτων*, *Signa tempestatum*: ex quo suspicor depromptum fuisse hoc fragmentum, cùm venti, vel ipsæ sint tempestates, vel tempestatum causæ.

*Atque hæc dicta sint & breuiter annotata in omnes Aristotelis libros secundo hoc Tomo comprehensos. Cæteri suo loco, id est, in Tomo 3. & 4. pari methodo ac breuitate exponuntur.*

FINIS SYNOPSIS SECUNDI TOMI.



DOCTRINE PERIPTITIC

*[Mirrored bleed-through text from the reverse side of the page, appearing as faint, upside-down script.]*

TRITIS SYNOPSIS SECVNDI TOMI

*[Mirrored bleed-through text from the reverse side of the page, appearing as faint, upside-down script.]*





# ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ

## ΠΕΡΙ ΨΥΧΗΣ ΤΟ Α.

### ARISTOTELIS, DE ANIMA

LIBER PRIMVS.

JVL. PACIO Interprete.

#### CAPVT I.

*De dignitate, utilitate & difficultate scientiæ de anima.*



**C**um in rerum honestarum & honorabilium numero cognitionē esse existimemus : magis autem alteram alterā, vel quod exquisitior, vel quod rerum præstantiorum & admirabiliorum sit; propter vtraque hæc historiā de anima inter primas meritò collocare possumus. 2 Videtur autem & ad omnem veritatem cognitio eius magnopere conferre : præsertim ad naturam : est enim tanquam principium animalium. 3 Quærimus autem spectare & cognoscere naturam eius & essentiam : deinde quæcumque circa ipsam accidunt : quorum alia propriæ affectiones ipsius animæ esse videntur, alia vero communia, & animalibus propter illam inesse. 4 Sed penitus & omnino difficillimum est, aliquam de ea fidem sumere. 5 Cum enim quæstio sit multis quoque aliis rebus communis; quæstio (inquam) de essentia, & quid res sit; fortasse alicui videri possit vna quædam esse methodus de iis omnibus quorum volumus essentiam cognoscere : vt & propriorum accidentium vna est methodus, nimirum demonstratio. quare quærenda erit hæc methodus. Sin autem non est vna & communis quædam methodus de quæstione quid est; adhuc difficilior fit tractatio. oportebit enim in quaque re sumere quis sit modus. 6 Cum autē perspicuum fuerit, sitne demonstratio quædam, an diuisio, an aliqua alia methodus:

Tom. II.



**Ω**N καλῶν καὶ ἡμίωτων εἶδησιν ὑπολαβόμενοι, μάλλον δ' ἐπερατέρας ἢ καὶ ἀκριβέας, ἢ τὰς βελτιόνων τε καὶ θαυμασιωτέρων εἶ, δι' ἀμφοτέρων αὐτῶν \* πῶς τῆς ψυχῆς ἰσοεῖαι ἐν λόγῳ αὐτῶν ἐν ἑαυτοῖς πηγήν. 2. Δοκεῖ δὲ καὶ πρὸς ἀλήθειαν ἀπασθῆναι ἡ γνώσις αὐτῆς μετὰ συμβαλλεῖσθαι. μέγιστα δ' ἔστι πρὸς τὴν φύσιν. ἐστὶ γὰρ οὗτος ἀρχὴ τῆς ζωῆς. 3. Ἐπιζητήτων δ' ἡ θεωρητικῶν καὶ γινώσκων πῶς τε φύσιν αὐτῆς, καὶ τὴν οὐσίαν. εἴθ' ὅσα συμβέβηκε πρὸς αὐτὴν. ὧν τὰ μὲν \* ἴδιον πάθος τῆς ψυχῆς εἶναι δοκεῖ, τὰ δὲ \* κοινὰ καὶ τοῖς ζώοις δι' ἐκείνων ὑπερβαίνειν. 4. Πάντη δὲ καὶ πάντως ὅστις τῶν χαλεπωτέρων λαβὴν ἵνα πείσῃ πρὸς αὐτῆς. 5. Καὶ γὰρ ὄντος κρινῶν ζητήματος καὶ πολλοῖς ἐτέροις, λέγω δὲ \* τὸ πρὸς τὴν οὐσίαν, καὶ τὸ τί ἐστὶν, ἢ τί ἐστιν αὐτῶν δόξειε μία τις εἶναι μέθοδος καὶ πάντων πρὸς ὧν βουλόμηναι γινώσκων πῶς οὐσίαν, ὡσαυτὸν καὶ τῶν καὶ συμβεβηκῶς ἰδίων ἀπόδειξιν. ὡς ἐπιζητήτων αὐτῶν εἶναι πῶς μέθοδον αὐτῶν. εἰ δ' ἢ μὴ ὅστις μία καὶ κοινὴ τις μέθοδος πρὸς ὅτι ὅστις, ἐπὶ χαλεπωτέρον γὰρ ὅτι παραμαρτυροῦται. δεήσει γὰρ λαβεῖν πρὸς ἕκαστον, τίς ὁ ἕρπος. 6. \* Ὅταν δ' ὁ φανερόν ἢ, πότερον ἀπόδειξις ἢ ὅστις, ἢ διαίρεσις, ἢ καὶ τίς ἄλλη μέθοδος.

A



21. 22

ἐπι δε' πολλὰς αὐ' ἀπειρίας \* ἔχει καὶ πλαΐας, ἐκ πένων δεῖ ζητεῖν· ἄλλα γὰρ ἄλλων δεῖ χαί, καθάπερ δεῖθωρ ἔ' ὀπιπέδων. 7 Πρῶτον δ' ἴσως ἀναγκάσιον διελεῖν ἐν πένι τῶν γῶν, καὶ ἡ ὄσι· λέγω δὲ πότερον τὸδε τί, καὶ οὐσία, ἢ πειόν, ἢ ποσόν, ἢ καὶ ἡς ἄλλη τῶν διαμετρησῶν κατηγοριῶν. 8 Ἐπι δ' πότερον τῶν ἐν διωτάμει ὄντων, ἢ μᾶλλον ἐτελέχειά ἡς· ἀναφέρῃ γὰρ οὐκ ὀμιχρόν. 9 Σχεπέον δὲ, καὶ εἰ μεριστῆ, ἢ ἀμερῆς. 10 Καὶ πότερον ὁμοιοειδῆς ἅπαντα ἢ ψυχῆ, ἢ οὐ· εἰ δ' μὴ ὁμοιοειδῆς, πότερον εἶδῃ ἀναφέροισιν, ἢ γῆς. νῦν μὲν γὰρ οἱ λέγοντες καὶ ζητοῦντες περὶ ψυχῆς, περὶ τῆς ἀνθρώπινης μόνης εἰσάσιον ὀπιπροπεῖν. 11 Εὐλαβητέον δὲ, ὅπως μὴ λαθῶν, πότερον εἰς ὁ λόγος αὐτῆς ὄσι, καθάπερ ζῶου, ἢ καθ' ἕκαστον ἕτερος, οἷον ἴσπου, κυνός, ἀνθρώπου, Θεοῦ· ὅδε ζῶον δ' καλοῦ, ἢ πει ὄσῃν ὄσιν, ἢ ὕτερον. ὁμοίως δ' καὶ εἰ ἡ κρινόν ἄλλο κατηγορεῖτο. 12 Ἐπι δὲ εἰ μὴ πολλαὶ ψυχαί, ἀλλὰ μία, πότερον δεῖ ζητεῖν περὶ τῶν ὄλλων ψυχῶν, ἢ τὰ μία. 13 Χαλεπὸν δὲ καὶ τούτων διαρίσαι πῶς πέφυκεν ἕτερος ἀλλήλων. 14 Καὶ πότερον τὰ μία δεῖ ζητεῖν περὶ τῶν, ἢ τὰ ἔργα αὐτῶν, οἷον τὸ νοεῖν, ἢ τὸν νοεῖν· καὶ τὸ ἀσθάνεσθαι, ἢ τὸ ἀσθητικόν· ὁμοίως δὲ καὶ ὅτι τῶν ἄλλων. 15 Εἰ δὲ τὰ ἔργα περὶ τῶν, πάλιν ἡ ἡς ἀπορήσεται, εἰ τε τὰ ἀντικείμενα περὶ τῶν ζήτητέον, οἷον τὸ ἀσθητικὸν τῶ ἀσθητικῶ, καὶ τὸ νοητὸν τῶ νοητικῶ. 16 Εοικε δὲ οὐ μόνον τὸ τί ὄσι γῶναυ χρησίμου εἶναι περὶ τὸ θεωρησῶν τὰς αἰτίας τῶν συμβεβηκότων τῶς οὐσίας, ὡσαύτ' ἐν τῶς μαθημασι τί ὄσι ὄσι, καὶ τί τὸ καμπύλον· ἢ τί γραμμῆ καὶ ὀπιπέδων, περὶ τὸ καλεῖν πόσας ὀρθῶς αἰ τῶ τριγώνου γωνία ἴσαι. ἀλλὰ καὶ ἀνάπαλιν τὰ συμβεβηκότα συμβάλλεται μία μέρους περὶ τὸ εἰδῆσαι τὸ τί ὄσιν. ἐπειδὴ γὰρ ἔχωμεν ἀποδιδόναι καὶ τῶν Φλυτασία περὶ τῶν συμβεβηκότων, ἢ τῶν πῶντων, ἢ τῶν πλείων, τότε καὶ περὶ τῆς οὐσίας ἔσομεν ἡ λέγειν ὄσι κέλινα· πάσις γὰρ ἀποδείξεως ἢ δεῖχῆ, ὅδε ὄσι. ὡσαύτ' ὄσις τῶν ὀρισμῶν μὴ συμβαίει τὰ συμβεβηκότα γῶνίζιν, ἀλλὰ μὴδ' εἰκάσαι περὶ αὐτῶν ὄσιμαρῆς, δηλον ὄσι διαλεκτικῶς εἰρίωται καὶ κενῶς ἀπορῆτες. 17 Απορίδω δὲ ἔχει καὶ τὰ παρῆ τῆς ψυχῆς, πότερον ἐστὶ πῶντα κοινὰ καὶ τῶ ἔργοντος· ἢ ὄσι ἡ καὶ τῆς ψυχῆς ἴδῃν αὐτῆς.

A adhuc multas dubitationes & errores hoc habet ex quibus oporteat quærere. alia nãque sunt aliarum rerum principia: quemadmodum numerorum, & planorum. 7 Initio fortasse necesse est distinctè explicare, in quo genere, & quid sit: utrùm (inquam) sit hoc aliquid & substantia, an qualitas, an quantitas, an alia quæpiam ex distinctis categoriis. 8. Præterea utrùm sit in earum rerum numero, quæ potestate sunt, an potius actus quidam. interest enim non parum. 9 Considerandum quoque est, utrùm sit partibilis, an impartibilis. 10 Et utrùm omnis anima sit eiusdem speciei, an non. quòd si non sit eiusdem speciei, utrùm anime specie differant, an genere: nunc enim qui loquuntur & quærunt de anima, humanam solam videntur considerare. 11 Cæterùm cauendum est, ne nos lateat; utrùm vna sit eius definitio, quemadmodum animalis: an in singulis diuersa, vt equi, canis, hominis, Dei: animal autem, quod est vniuersale, aut nihil est, aut posterius. similiter autem, & si quid aliud commune attribuatur. 12 Præterea si non sunt multæ animæ, sed partes: utrùm oportet prius quærere totam animam, an partes. 13 Difficile etiam est definire, quænam harum partium suapte natura inter se differant. 14 Et utrùm partes quærere primum oporteat, an opera ipsarum: vt intelligere, an intellectum: & sentire, an sensitium. Similiter autem & in aliis. 15 Quòd si opera prius sunt quærenda: rursus dubitare aliquis possit, utrùm obiecta prius quàm hæc quæri debeant: veluti sensibile prius quàm sensitium: & intelligibile prius quàm intellectium. 16 Videtur autem non solum cognitio quid est, utilis esse ad inspiciendas causas eorum quæ substantiis per se accidunt: vt in mathematicis cognoscere quid sit rectum & quid inflexum, aut quid linea & planum, confert ad videndum, quot rectis anguli trianguli sint æquales: sed & contrà accidentia magnopere conferunt ad cognoscendum quid est. cum enim possumus, conuenienter iis quæ apparent, statuere de accidentibus aut omnibus, aut plerisque; tunc etiam de essentia poterimus aliquid dicere quàm optimè. omnis enim demonstrationis principium est cognitio, quid est. Quapropter ex quibuscumque definitionibus non contingit accidentia notificare; immo ne quidem aliquid de ipsis facillè conijcere; patet omnes dialecticè & inaniter traditas esse. 17 Sed & affectiones anime dubitationem habet, utrùm omnes sint etiam animam habenti communes, an sit aliqua ipsius anime propria.



hoc enim sumere, est quidem necessarium, non tamen facile. 18 Videntur autem plurima neque pati, neque facere sine corpore, ut irasci, confidere, cupere, & omnino sentire. maximè autem propriam videtur intelligere: quòd si hoc est phantasia quædam, aut non sine phantasia: certè neque hoc potest esse sine corpore. 19 Ergo si est aliqua animæ operatio, vel affectio propria: potest ipsa anima separari à corpore: quòd si nulla eius propria est, certè non erit separabilis: sed quemadmodum recto, quà rectum est, multa accidunt: ut tangere æneam sphæram puncto: non tamen rectum separatim eam attinget: inseparabile enim est, siquidem semper cum corpore aliquo est. 20 Videntur etiam animæ affectiones omnes esse cum corpore, ira, mansuetudo, metus, misericordia, fiducia: præterea gaudium, & amare, & odisse. nam corpus, simulatque hæc adsunt, patitur aliquid. Indicium est, quòd interdum à vehementibus & evidentibus affectionibus, quæ accidunt, nihil irritamur, aut terremur: interdum autem vel ab exiguis & obscuris commouemur, quando scilicet corpus turget, atque ita habet, ut cum aliquis irascitur. Insuper hoc magis perspicuum est: quia cum nihil terribile accidat, tamen iis perturbationibus afficiuntur, quibus ij qui metuunt. quod si ita est, constat, affectiones esse rationes materiales. 21 Quare definitiones eiusmodi sunt, ut putà irasci est motus quidam huius corporis, vel partis, vel facultatis, ab hoc & gratia huius. Ac propterea physici est considerare de anima, aut omni, aut tali. 22 Diverso autem modo physici ac dialectici definirent horum unumquodque. veluti quid sit ira: alter enim diceret esse appetitum immoderati inferendi, aut tale quidpiam: alter vero esse feruorem suffusi cordi sanguinis, aut calidi. quorum hic materiam tradit, ille autem formam & rationem. nam ratio est forma rei. 24 Sed necesse est hanc esse in tali materia, si erit. Vtputà domus, alia definitio talis erit, integumentum propulsans corruptionem à ventis, & imbribus, & æstibus: alia vero dicet, lapides, & lateres, & ligna: alia autem in his formam gratiâ horum. quænam igitur harum est physica: eane, quæ in materia cernitur, & rationem ignorat? an quæ in ratione tantum? an potius quæ ex utrisque constat? 25 Iam verò illarum utraque cuius est? An non est aliquis alius præter physicum, qui in affectionibus materiæ, quæ non sunt separabiles, & quæ non separabiles, versatur: sed physici in omnibus versatur, quæ sunt eiusmodi corporis & eiusmodi materiæ opera & affectiones.

A τὸ το γὰρ λαβεῖν μὲν διαγχαῖον, οὐ ράδιον δὲ. 18 Φαίνεται δὲ τῷ πλείων ὁσὲν αὐτοῦ σώματος πάσῃ, ὁσὲν ποιεῖν, οἷον, ὀργίζεσθαι, θάρρειν, ὀπιθυμεῖν, ὁλως ἀγαθάνεσθαι. μάλιστα δὲ εἰσὶν ἴδιον τὸ νοεῖν. εἰ δὲ ἐστὶ καὶ τὸ το φαντασία τις, ἢ μὴ αὐτοῦ φαντασίας, οὐκ εἰδέναι χρὴ ἀνὰ τὸν αὐτοῦ σώματος εἶναι. 19 Εἰ μὲν οὖν ἐστὶ τῷ ψυχῆς ἔργον ἢ παθημάτων ἴδιον, εἰδέναι χρὴ αὐτὸ χωρίζεσθαι. εἰ δὲ μὴ ἐστὶν ἴδιον αὐτῆς, οὐκ αὖ εἶναι χωριστῆ. B Ἄλλα κελεύει τὸ εἶναι, ἢ εἶναι, πολλά συμβαίνει, οἷον, ἀπεσθαι τῆς χαλκῆς σφαιρας καὶ σιγῆν. οὐ μὲν γὰρ καὶ ἀφαιρῶν τοῦτο χωριστῆ τὸ εἶναι. ἀφαιρῶν γὰρ, εἴπερ αἰεὶ μὲν σώματος ἕκός ἐστιν. 20 Εοικε δὲ ἑκάστη τῆς ψυχῆς παθημάτων εἶναι μὲν σώματος, θυμὸς, παρῶν τῆς, φόβος, ἔλεος, θάρσος. εἰς χαρὰ, καὶ τὸ φιλεῖν τε καὶ μισεῖν. ἅμα γὰρ τοῖς πάσῃ τὸ σώμα. μὴ μὲν δὲ, ποτὲ μὲν καὶ ἰσχυρῶν ἐκπαρῶν παθημάτων συμβαίνοντων μὴ ἐν C παρῶν εἶναι, ἢ φοβείσθαι. ὁμοίως δὲ καὶ καὶ μικρῶν καὶ ἀμυρῶν κινεῖσθαι, ὅταν ὀργὰ τὸ σώμα, ἑ οὕτως ἔχη, ὡσπερ ὅταν ὀργίζηται. ἐπὶ δὲ τῷτο μάλιστα φανερόν. μὴ τὸ γὰρ φοβερόν συμβαίνοντος, εἰς τοῖς παθημάτων γίνονται τῆς φοβῆσθαι. εἰ δὲ ἄλλως ἔχει, δηλοῖ ὅτι ἑκάστη παθημάτων ἐνυλοῖ εἶσιν. 21 Ὡς οἱ ὅροι τοιοῦτοι, οἷον, τὸ ὀργίζεσθαι, κίνησις τις τῆς τοῦ σώματος, ἢ κίσεσι, ἢ δυνάμειος καὶ τῶν τῶν, καὶ ἕνεκα τῶν. 22 Καὶ εἴτα τῶν ἢ δὲ φησὶ τὸ θεωρεῖσθαι ὡς ψυχῆς, ἢ πάσης, ἢ τῆς τοιαύτης. 23 Διαφερόντως δὲ αὐτοῖς οἰεῖσθαι ὁ φυσικὸς τε καὶ διαλεκτικὸς ἕκαστον αὐτῶν, οἷον ὀργὴ ἢ ἐστὶν. ὁ μὲν γὰρ, ὀρεξὶν ἀνιλυππίσεως, ἢ ἡ τοιοῦτο ὁ δὲ, ζέσιν καὶ καρδίαι ἀμαρτῶν, ἢ θερμῶν. τούτων δὲ ὁ μὲν τῶν ἡλίου ἀποφιδῶσιν. ὁ δὲ, τὸ εἶδος, καὶ τὸ λόγος. ὁ μὲν γὰρ λόγος εἶδος τῶν παρῶν. 24 Ἀνάγκη δὲ εἶναι τῶν ἐν ἡλίου τοιαύτη, εἰ ἔστιν. ὡσπερ οἰκίας, ὁ μὲν λόγος τοιοῦτος αὐτοῖς, ὡς οἰκία παρῶν καρδιῶν φθορῶν καὶ ἀνέμων, ἑ ὀμβρῶν, ἑ καὶ μὲν. ὁ δὲ φησὶ, λίθοι, ἑ πᾶσι τοῖς, ἑ ἕντα ἑτέροις δὲ, ἐν τοῖς τῶν εἶδος, ἕνεκα τῶν. τις οὖν ὁ φυσικὸς τούτων; πότερον ὁ αὐτοῖς ἢ ἡλίου, ἢ δὲ λόγος ἀγνοῶν. ἢ ὁ αὐτοῖς τὸν λόγον μόνον, ἢ μάλιστα ὁ εἰς ἀμφοῖν; 25 Ἐκείνων δὲ, τίς ἕκαστος; ἢ οὐκ ἐστὶ τις ὁ αὐτοῖς τῶν παρῶν τῶν ἡλίου τὰ μὴ χωριστῆ, μὴ δὲ ἢ χωριστῆ. ἄλλ' ὁ φυσικὸς ὡς ἀπὸ τοῦ ὅσα τοιοῦτο σώματος, ἑ τῆς τοιαύτης ἡλίου ἔργα, ἑ παρῶν.

γρ. τὸ αὐτοῖς καρδίαι αἰμα-



ὅποσα δὲ μὴ ἢ τοιαῦτα, ἄλλος· καὶ πῶς τίνα  
 μὲν τεχνίτης, ἐὰν τύχη, οἷον τέκτων, ἢ ἰατρός.  
 τῶν δὲ μὴ χειρῶν μὲν, ἢ δὲ μὴ τοιούτου  
